Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9067
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Deinde cõmunicet ipse. & omnes qui uoluerint.
Ordo in Sabbo scõ Paschae. Sabbato scõ ornet
ecclesia omnib ornamentis & uestimentis. Hora VII ma cue
niant omnes in ecclesiam. & parent se uestimentis sollem
pnib sicut mos est. Deinde procedant adignem pridie esilice
excussum cum VII psalmis. crucib & aqua benedicta.
& duob thuribulis cum incenso. & bindicant ignem in
Veniat ergo omnipotens ds super hoc incen hunc modum.
sum larga tuae benedictionis infusio. & hunc
nocturnum splendorem inuisibilis regnator intende.
ut non solum sacrificium quod hac nocte laetatum est archana
luminis tui ammixtione refulgeat. sed quocumque
loco exhinc aliquid sanctificationis fuerit mysterio
deportatum. expulsa diabolicae fraudis nequitia.
uirtus tuae maiestatis assistat. P. Postea reuertan
tur duob pueris cantantib. Inuentor rutili.
His finitis & paratis omnib. & cum episcopus fuerit paratus.
expectet eum totus clerus in ordine suo in choro. usque
dum iussum eis fuerit obuiam uenire ut intrent ecclesiam.
Cum uenerit ad sedem suam. ueniat diaconus cum iussum
fuerit ante altare. & accipiat de eodem igne. & illu
minent duo magni cerei. & faciens crucem bene
dicat eos dicens. Benedictio cerei in pascha.
EXVLTET iam angelica turba celorum. exultent
diuina mysteria. & pro tanti regis uictoria tuba